GREGORIUS TURONENSIS. ARNOLDUS PRUVENINGENSIS

12. Jh. Seite 180r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tione super terram patibulo appensus relictus est. Quod cum monachi presensissent.
simul prostrati ad tumulum sancti orare ceperunt dicentes. O sancte confessor si tu
vita superstes esses in seculo eruere potueras hunc pauperem de manu mortis.
sicut plerumque tali addictos supplicio liberasti. Sed nunc non diffidimus de tua oratione.
ut que vivens fecisti in seculo. possis renovare sublimatus in celo. Et data
nocte. misit abba usque ad furcam. Accedente hoc monacho. statim dis
ruptis ligaminibus terre dilapsus est et sic sustentatus a monacho vi
vens adductus ad monasterium. haustoque parumper vino convaluit. vitaque
cum iudice obtenta liber abscessit. C.

Post transitum autem felicis biturigi episcopi cum ad eius tumulumque marmore
sculptum phario super terram erat positum. cecus quidam lumen oculorum fugatis te
nebris recepisset. cognovissetque plebs amicum dei quem in corpore positum
obsistentibus mundanis caliginibus cognoscere ad plene non meruit. cecis
in orationum assiduitate eius lumina penetrare. Sed quoniam ut diximus sarcofagum
marmoreum viliore lapide obtectum erat. sagacitas civium et presertim episcopi
meliore sarcofagum opertorio texit. id est ex marmore heracleo. Amo
to quidem viliore lapide post annum fere duodecimum invenerunt corpus bea
ti confessoris ita illesum. ut nulla dissolutio in corpore. nulla putredo re
periretur in veste. Sed ita erant cuncta integra ac si ut ita dixerim ho
ra eadem tumulo putarentur ingesta. Sed nec ibi quidem virtus domini defu
it. ut lapis repulsus non remaneret inglorius. fertur ... tr. quem multi erasi po
tantque ex eo pulvis modicum. tam a quartanis sive cotti dianis febribus
celeriter liberantur. CI. Fuit celuniarius reclausus infra lemovi
cine urbis territorium. qui vivens multa populis ostendit miracula. Sed nunc
ad sepulchrum eius sepe morbidi curantur. Nam vidi multos quos di
numerare putavi longum. qui cecis oculis ibidem evecti lumen recepe
runt. paralyticique directi sunt. testisque est ipse populus hodieque. qui cum sanita
tem recipiunt. statim se tributarios loco illi faciunt. Ac recurrente
circulo anni. pro reddita sanitatis gratia tributa dissolvunt. Ex quibus plu